



SERVATI
GALLÆI
Dissertationes.
DE
SIBYLLIS
ETC.



SERVATII GALLÆI
DISSERTATIONES
DE
SIBYLLIS,
EARUMQUE
ORACULIS.

cum figuris æneis.



AMSTELODAMI,
Apud HENRICUM & Viduam THEODORI BOOM.
c1o 1o LXXXVIII.

MAGNIFICIS
AMPLISSIMIS
SPECTATISSIMIS
CONSULTISSIMIS-QUE

VIRIS

D^o. RUTGERSIO A BREDA

PROVINCIAE TRANSISSALLANIAE

GRAPHIARIO

DILIGENTISSIMO,

REIPUBLICAE CAMPENSIS

SECRETARIO HONORARIO.

ETC. ETC.

NEC NON

D^o. CASPARO HENRICO

LEMKER.

REIPUBLICAE CAMPENSIS

CONSULI.

ORDINUM TRANSISSALLANIAE NOMINE

AD CONSESSUM

ILLUSTRUM AC PRÆPOTENTIUM

D. D. ORDINUM GENERALIUM.

FOEDERATI BELGII.

DELEGATO.

MERITISSIMO.



PRÆFATIO AD LECTOREM.

Prodeunt tandem, Humanissime Lector, hæc nostræ de Sibyllis, earumque Oraculis, Dissertationes: sed sat cito si sat bene: præter expectationem nostram illæ lucem nunc conspiciunt, ante aliquot annos quidem de hac materia librum conscribere decreveram, sed postquam quedam jam essent parata, animum scriptum illud perficiendi plane abjeci, præpeditus quam plurimis negotiis ad munus meum spectantibus, & quidem præcipue quod conscius essem, quali nunc vivatur ævo, quo charitas refriguit, & cavillandi ac reprehendendi, ut & mordendi impetus fere omnes, solum multos possidet, ideoque constitueram ignotus potius latitare quam invidorum, aut malevolorum, in me concitare animos: cum vero nonnullis amicorum meorum innotuisset, penes me partem aliquam scripti de Sibyllarum Oraculis delitescere, sæpissime, ut opus illud pertexerem interpellatus, nullo modo persuaderi me passus sum, ut votis & consiliis illorum annuerem, at illi indies me urgere non desisterunt, adeo ut obstinato animo, dilectorum meorum petitionibus



SERVATIUS GALLÆUS ROTERODAMENSIS
BATAUVUS.

*Heus! GALLÆUS hic est, procul hinc tot Dæmonis artes.
Ficta Sibyllarum, tempora fata, fides.
Una Via est; Nihil Orcus habet: Vir Srennius anteit
Dum Gallo-Batauvos. Servat alitq; Fide.
posuit, R. de Hooge. 1686.*



SERVATII GALLÆI
DE
SIBYLLIS
EARUMQUE ORACULIS
DISSERTATIONES

CAPUT PRIMUM.

BREVIARIUM.

*E*tymologia ac derivatio nominis Sibyllæ. Esse dictionem Hebræicam refutatur. Michaël Neander notatus. Suidas putat esse vocem Romanam. Est vox Græca. Nonnulli putant esse vocem compositam. Sibyllam non posse dici Dei consilium ostenditur. Esse dictionem simplicem cum D. Salmasio existimat Author, ac vulgaris opinio rejicitur. Lactantius aliique opinantur omnes Fæminas vates à Veteribus Sibyllas fuisse nuncupatas. Suidæ opinio de Sibyllæ nomine Fæminis olim dato. Rhodigini sententia solam Phrygiam proprio nomine Sibyllam fuisse vocatam. Prophetissis Divino Spiritu afflatis, nomen Sibyllæ non essetribuendum, ostenditur. An Mirjam Deborah sit antiquior? Gentiles putarunt omnes Fæminas Fatidicas fuisse dictas Sibyllas. Josephus refutat us. Nunquid ad fabulas sit referendum quidquid de Sibyllis memoriæ prodiderunt Veteres? An ad emblemata? An una eademque Sibylla pro vari etate Loci ubi degit nomen sit sortita?



S.
PERSICA.